

(Conc. Aquisgr. 819.)

fuit, licentia nubendi alii^d non negetur. Quod si et ipsa consensit, simili modo paenitentia publica damnetur. Ipsi tamen invicem ulterius non iungantur.¹ Quod si fecerint, uterque anathematizetur^e.

(5.) De 'his' vero, 'qui sacris virginibus se sociant'³, ita in decretis papae Gelasii⁴, capitulo^a XX. continetur: 'Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus et post dictum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere; quos protinus aequum a sacra communione detrudi^b et nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi; aut his certe viaticum de saeculo transeuntibus, | 59a | si tamen penituerint, non negetur.' Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severe feriuntur, quanto severius feriendi sunt, qui eas rapiunt.

Sed quia tam certis indiciis tantaque auctoritate, quantum malum raptum sit, patet, necesse est, ut ab omnibus in Christiana

(Cap. eccl. 819.)

nubendi alii non negetur. Quod si et ipsa consensit, simili *sententiae subiaceat*. Quod si *post haec se iungere praesumpserint*, uterque anathematizetur.¹

XXV.² De 'his' vero, 'qui sacris virginibus se sociant', ita in decretis papae Gelasii, capitulo XX. continetur: 'Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus et post dictum Deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere; quos protinus aequum^a a sacra communione detrudi et nisi publicam probatamque *egerint* poenitentiam, omnino non recipi; aut his certe viaticum de saeculo transeuntibus, si tamen *poenituerint*, non negetur.' Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severe feriuntur, quanto severius feriendi sunt, qui eas rapiunt.

Ideo, sicut praemissum est,
necesse est, ut ab omnibus in

Can. 4. ^d) alia L. ^e) so L; *schreibe*: anathematizetur?

Can. 5. ^a) Cap^t L. ^b) *Glosse in L*: expelli, excludi.

Cap. 25. ^a) aequum Ph¹, aequum est Ph², Boretius.

¹) Dieses Eheverbot kehrt wieder in c. 9 fin. der weltlichen Capitula leg. add. (oben S. 19 N. 4). ²) = Anseg. 1, 100; Ben. Lev. 1, 226.

³) ... *his ... qui — sociant*] aus Gelasius (unten N. 4) c. 20 rubr. ⁴) Gelasii Decreta c. 20, Dion.-Hadr. ed. 1609 p. 535; JAFFÉ² 636.